



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 128. Muleyus Abdala pacati Regni possessor.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

## §. CXXVIII.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1557.*Muleyus Abdala pacati Regni  
possessor.*

**T**rucidato Cherifio mox direpti the-  
fauri, & captæ Cherifii filiæ in Ha-  
zenis potestatem devenere; ipse vero u-  
nacum Turcis, quos penes se habebat,  
ac nonnullis Mauris, quibusdamque a-  
postatis per Sufianam regionem iter  
continuat, ut Tarudantum, quod Od-  
manus Cherifii defuncti filius, quem alii  
Abelem Mumenem vocant, tenebat,  
tendit, idque mox ab Odmano desertum  
cum arce, ac thesauris, qui inibi affer-  
vabantur, occupat.

*Thuan. l. c.  
Marmol de  
l' Afrique l. 8.*

Postea Abel Mumenes Patris sui fi-  
carios Tremecenensium aufugientes inse-  
quebatur, direptosque thesauros recu-  
perabat: Cum vero Maroci Guberna-  
tor vereretur, ne Regni successio qua-  
dam seditione turbaretur, ac inconstans  
populus Hametem defuncti fratrem, qui  
in hac urbe captus hærebat, Maroci Re-  
gem proclamaret, eundem unacum se-  
ptem Filiis, vel Nepotibus ejus jugula-  
ri præcepit, hinc violenta morte ambo  
fratres eodem ferme tempore vivis ere-  
pti sunt: horum autem fato Muleyus  
Abdala Cherifii Mahometis filius quie-  
tam Regni possessionem adeptus est.